

Titus, in delictet censor doctrinae ex his qui sunt
in ministerio

DE CONFIRMATIONE
Ut nominant.

Manifestum est ritum quem nunc pon-
tificij nominant confirmationem, tantum
esse otiosum spectaculum. Et usus accedit
olei impie consecrati. Tales consecrationes
antea diximus fugiendas et detestandas
esse. Fuit autem longo tempore in Ec-
clesia consuetudo explorandae doctrinae singu-
lorum in populo, et audiendae professionis
ut in tanta confusione haeresium, nisi re-
sisterent, excluderentur ex Ecclesia. Sed
nihil horum fit iam in spectaculo, quod re-
tinent Episcopi. Demum impetas est cum
adferunt illi suo ritu dari spiritum san-
ctum, cum nec mandatum Dei de eo
ritu, nec promissio extet, et gestus otiosus
sit, et addita unctio, quae fit oleo im-
pie consecrato.